

non proveniat ex indignitate, ad quam lex in isto tacito non habuit considerationem, testator verò exprimens sic.

(3) *Sera de los huérfanos.* Adde l. *post legatum*, §. *amittere*, D. *de his quib. ut indign.* quando enim indignitas alicujus respicit favorem certæ personæ, illud quod sibi aufertur à lege, applicatur illi personæ, l. *penult.* C. *de legat.* et in dict. §. *amittere*, ubi Bart. Quid autem si pœna privationis imponatur à testatore? Vide l. *uxorem*, §. *ejus hæres de legat.* 5. Et quid si testator alias erat legaturus, etsi non esset tutor? Vide per Ang. et Alexand. post Gloss. ibi in l. *penult.* C. *de legat.*

(4) *La pierde.* Concordat cum l. *si legatarius*, C. *de legat.*

(5) *Perderia.* Adde l. *si pater*, et l. *nec apud*, C. *de hæredib. instit.* Vide in materia l. 12. tit. 5. ead. *Partit.* et quæ ibi dixi.

(6) *Herege, Moro, o Judio.* Habes hic expressum, quòd judæus, nec paganus non potest hæres institui; nota ad ea quæ dixi in l. 4. tit. 5. supra, ead. *Part.*

(7) *Los mas propincos varientes.* Nota benè, nam textus in authent. *idem est de Nestorianis*, C. *de hæretic.* quem ad hoc allegat Azo C. *de his quib. ut indign.* in summa, col. fin. non ita benè probat.

(8) *Leyes.* Vide supra eod. l. 5. ibi, e *otrossi dezimos.*

(9) *Diximos.* Suprà eod. l. 6.

## TITULO VIII.

DE COMO PUEDE QUEBRANTAR EL TESTAMENTO AQUEL QUE ES DESHEREDADO EN EL A TUERTO, A QUE DIZEN EN LATIN, QUERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI.

Desheredan a tuerto a las vegadas, los que suben por la liña derecha, a los que descien den dellos. Otrosi los que descien den por la liña derecha, desheredan en essa manera mesma à los que suben por ella. E porende, despues que en el titulo ante deste mostramos las razones, por que ome puede desheredar a aquellos que auian derecho de heredar sus bienes, si le ouiesen erado; queremos mostrar en este las razones por que el heredero puede quebrantar el testamento, en que fuesse desheredado a tuerto. Otrosi, como puede cobrar su derecho. E diremos, quien es aquel que puede fazer la querella, para desatar el testamento. E que quiere dezir tal querella. E contra quien deve ser fecha, e ante quien. E por que razones, e en que manera. E otrosi, por quales razones non se quebrantaria el testamento, maguer fizesse querella para quebrantarlo. E que fuerça ha atal quebrantamiento como este sobredicho.

## TITULUS VIII. DE INOFFIC. TESTAM.

LEY I.—Quien es aquel que puede fazer la querella para desatar el testamento; e contra qual ome, e ante quien, e por que razon, e de que manera.

El hijo, o el nieto del testador, o alguno de los otros que descien den del por la liña derecha, que ouiesen derecho de heredarle (1) si muriesse sin testamento; si lo ouiesen desheredado a tuerto, e sin razon, puede fazer querella delante el Juez (2), para quebrantar el testamento en que lo ouiesse desheredado: e el Juez deve oyr su querella, e fazer emplazar (3) al que es establecido por heredero (4) en el testamento de su padre; e si fallare que fue desheredado a tuerto, o que en el testamento non fue fecha mencion del (5), deve el judgar que tal testamento non vala (6) (a), e mandar entregar la herencia (7) al hijo, o al nieto, que se que-

rello. E tal demanda como esta es llamada en latin, Querela inofficiosi testamenti, que quier tanto dezir, como querella que se faze de testamento que es fecho contra officio de piedad (8), e de merced, que el padre ouiera auer del hijo. Pero si el testamento sobredicho, quando establesiesse el heredero, non fizesse enmiente en el testamento, de aquel que auia derecho de heredar, heredandolo, nin desheredandolo, tal testamento como este non se quebrantaria; pero non vale, nin es nada (9). E porende, pues que non deve valer, non se puede quebrantar (10), e deve ser entregada la herencia al hijo, o al nieto, de que non fue fecha mencion en el. E lo que diximos en esta ley de los descendientes, entientesse tambien de los ascendientes (11) que fuessen desheredados a tuerto, e sin razon; o si non fuesse fecha ninguna mencion dellos en el testamento de los descendientes.

(a) Porque en este caso es nulo, como lo dice la ley mas abajo expresamente.

LEX I.—Possunt apponere querelam inofficiosi testamenti descendentes exhæredati, et est querela sic dicta, quia parens fecit contra pietatis officium: et idem de ascendente injustè exhæredato: et proposita querela contra hæredem scriptum citabit eum judex, et pronuntiabit quòd testamentum non valet, et hæreditas sit querelantis: sed si est præteritus descendens, vel ascendens, non est necessaria querela, quia ipso jure est nullum testamentum. Hoc dicit.

(1) *Que ouissen derecho de heredarle.* Nam querela inofficiosi testamenti datur filio, et nepoti, et omni descendenti, qui tempore mortis ab intestato posset succedere, non obstante præcedente persona, ut tradit Azo C. eod. in summa, col. 2. vers. *datur autem querela*, et notat Gloss. in l. *pater filium*, D. eod. nam qui non tenet primum locum, non est instituendus, neque exhæredandus, l. *Gallus*, l. *in omnibus*, D. *de liber. et posthum.* l. *si quis filio exhæredato*, in princip. D. *de injust. rupt.* vide quæ dixi in l. 1. tit. supra proximo, in gloss. super parte que *le ouiesse de heredar*, et non potest quis admitti ad querelam, nisi pro ea parte, quæ sibi ab intestato defertur, l. *mater decedens*, et ibi Bart. et Paul. D. eod. ubi vide, quid si de facto admittatur. Si ergo filius præcedat, nepos ex sua persona non potest agere querela, licèt ex persona patris poterit, si pater decessit etiam querela non præparata, ante aditam hæreditatem, ut in l. *si quis filium*, C. *de inoffic. testam.* et in querela locus est successorio edicto, l. *si is*, in princ. D. eod. et tunc si querela erat jam in esse producta, quia adita erat hæreditas, ages nepos etiam ex persona sua per successorium edictum, ut declarat Jason. post Rapha. in dict. l. *si quis filium*, in fine. De jure tamen Ordinatorum hujus regni, cum ad validitatem exhæredationis non requiratur aditio hæreditatis, ut dixi supra tit. proxim. in l. 2. semper sequens in gradu poterit intentare querelam ex persona sua.

(2) *Querella delante el Juez.* Ista querela potius dicitur officium judicis, quàm actio, Paul. de Castr. in l. *nam et si parentibus*, §. 1. et l. *qui repudiantis*, §. 1. D. *de inoffic. testam.* ubi Gloss. Et an ista querela possit objici in modum exceptionis per viam reconventionis, vide Bald. in l. *cum Papinianus*, C. *de sentent. et interlocut.* et si filius conveniatur petitione hæreditatis ab hærede scripto, debet eponere de ista querela, alias non posset post sententiam latam querelare: vide per Bald. in l. 2. col. 2. C. *sententiam rescindi non posse.*

(3) *Emplazar.* Et contra absentem contumaciter poterit procedi ad difinitivam, etiam lite non contestata, ut tradunt Bartol. et Paul. de Cast. in l. *qui repudiantis*, §. 1. D. eod. licèt Glossa ibi contrarium voluit.

(4) *Por heredero.* Aliquando tamen querela ista intentatur contra alium, quàm contra scriptum hæredem, ut in casu l. *filium*, D. *de bonor. posses. contra tabul.* et in l. 1. C. *inoffic. testam.*

(5) *Mencion del.* Vide supra tit. proxim. in l. 10.

(6) *Non vala.* Adde l. *Papinianus*, §. fin. D. eod.

(7) *La herencia.* Intellige pro ea parte, quæ sibi ab intestato defertur, ut dixi supra, et natura querelæ est, quòd non detur contra illum, qui erat successurus ab intestato, et non habet ultra quam sibi tangat ab intestato, dicit l. *mater decedens*, et ibi Paul.

(8) *Contra officio de piedad.* Adde l. 2. D. *de inoffic. testam.* cum l. sequenti, et ista querela est quasi accusatio quædam damnans quasi memoriam defuncti, quasi de animi feritate fecerit testamentum, sicut belluæ, quæ devorant filios proprios, secundum Bald. in l. 2. col. 3. C. *quid. res judic. non nocet*: et nota hic, quòd officium inter patrem, et filium dicitur pietas, adde, l. *penult.* D. *de obseq. à liber. parent. præstand.*

(9) *Nin es nada.* Adde l. *inter cætera*, D. *de liber. et posthum.* et l. 1. D. *de injust. rupt.* et intellige in filio etiam emancipato præterito sine insertione causæ, ut in authent. *de hered. et Falcit.* §. *exhæredatos*, et per Bart. in dict. l. 1. et supra tit. proxim. l. 10. et idem erit in præterito à matre, vel ascenditibus per lineam maternam, nam licet præterito matris habeatur pro exhæredatione, ut in §. fin. *Instit. de exhæred. liberor.* si tamen prætercant sine causa, testamentum est nullum, ut in authent. *ut cum de appellat. cognoscitur*, col. 8. Gloss. et Doct. in l. *filium*, C. *de inoffic. testam.*

(10) *Non se puede quebrantar.* Nam evacuari, et rescindi non potest id, quod nullum est, ut hic, et in l. *nam et si sub conditione*, vers. *post d. factum*, D. *de injust. rupt.*

(11) *Ascendientes.* Adde l. *pater filium*, cum l. sequenti, D. eod. et cap. *justum autem*, in authent. *ut cum de appell. cognos.* collat. 8.

LEY II.—Si puede el hermano quebrantar, o non, el testamento que ouiesse fecho su hermano, en que non fizesse mencion del.

El testador que non ouiesse pariente, de aquellos que descendiessen por la liña derecha, o subiessen, estonce maguer ouiesse hermanos (1), o otros parientes de la liña de trauiesso, bien puede establecer otro por su heredero en su testamento, e fazer de lo suyo lo que quisiere. E como quier que non faga emiente del hermano en el testamento, nin le dexa ninguna cosa de lo suyo, non le pertenesce al hermano, de fazer querella del testamento que el otro su hermano ouiesse fecho, nin lo puede quebrantar. Fueras ende, si aquel que fuesse establecido por heredero, fuesse ome de mala fama (2), o ouiesse seydo sieruo (a) del testador, o otro quel ouiesse aforrado, e despues lo establesiesse por su heredero, por falago (3) que le fizesse el aforrado, non lo meresciendo el, nin auiedo derecha razon, por que lo deuiesse fazer. Ca seyendo el heredero tal como sobredicho es, estonce bien podria el hermano querellarse ante el Juez, e quebrantar el testamento, en que fuesse establecido por heredero. Pero si este hermano sobredicho ouiesse fecho contra el testador, alguna de las cosas por que los hermanos pueden ser desheredados, segun diximos en el titulo (4) de los Desheredamientos, estonce non se podria querellar, nin desatar el testamento del hermano. E sobre todo dezimos, que los otros parientes que son de la liña de trauiesso (5), non pueden fazer querella, para desatar el testamento; nin han que ver en sus bienes, auiedo fecho manda, o otro ordenamiento dellos.

(a) Respecto à la esclavitud puede vése nuestra nota 1.ª à la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEY II.—Testator non habens liberos descendentes, licèt habeat fratres, potest liberè, quem velit, hæredem instituere, et etiam si in testamento nihil fratri relinquat, non potest de inofficioso agere, nisi hominem infamem, vel servum testatoris manumissum blanditiis hoc suadentem; alii autem consanguinei transversales de inofficioso agere non possunt. Hoc dicit.

(1) *Maguer ouiesse hermanos.* Adde l. 2. et l. 12. supra, tit. 7. et l. 1. D. *de inoffic. testam.*

(2) *De mala fama.* Vide supra tit. 7. l. 12. et quæ ibi dixi.

(3) *Por falago.* Sequitur expositionem Gloss. in l. *fratres*, C. *de inoffic. testam.* Bald. verò ibi intelligit de liberto ingrato erga patrum, qui reputatur vilis persona propter ingratitudinem assecutæ libertatis, et ita etiam intelligit ibi Jason, et sic cum ibi dicitur, *perperam, et non benè merentes*, intelligunt de ingratis; quæ certe videtur bona expositio, cum cessante ingratitudine blanditiæ non videtur ad hoc efficaces, imò conceduntur, ut in l. fin. C. *si quis aliquem testari prohib.* l. 27. tit. 1. infra ead. *Partit.* quando quis blanditur alii ad suum commodum tantum; si enim blandiretur in perniciem alterius, suggerendo falsas causas testatori ad hoc, ut testator privet hæreditate eum, cui illam volebat relinquere, aliud esset. ut in l. *non est enim*, D. *de inoffic. testam.* ubi Angel. dicit per hoc se obtinuisse semel circa quamdam magnam hæreditatem in favorem pauperum, quibus erat relicta, et agnati testatoris persuaserunt ei, quòd eleemosyna non erat bona, neque acceptabilis Deo, et quòd illi quibus relinquebat, non erant bonæ conditionis; et in tantum induxerunt testatorem, quòd mutavit propositum, et ipsos hæredes reliquit, et quòd ab illis hæreditas ob hoc fuit revocata, et illis pauperibus concessa; allegat ad hoc notata per Cyn. in l. *quidquid*, C. *arbit. tutel.* Tu tene menti istam legem Partitarum, volentem, quòd non requiratur, quòd libertus fuerit ingratus; sed quòd sufficiat, quòd non sit ita meritis, quòd defunctus ei hæreditatem reliquerit, si blanditis ipse testatorem induxit, cum testator haberet fratrem utrinque conjunctum, vel consanguineum tantum; et nota benè, et sic blanditiæ snt reprobatæ in liberto non benè merente qui blanditur testatori ad exclusionem fratris.

(4) *En el título.* Vide in l. 12. supra, tit. 7.

(5) *Liña de trauiesso.* Adde l. 2. supra, tit. 7. et ibi dixi.

LEY III.—Por que razones non puede el hermano quebrantar el testamento de su hermano, maguer establesiesse su sieruo por su heredero.

Como quier que diximos en la ley ante desta, que si el testador establesiesse por su heredero ome que fuesse de mala fama, quel hermano se puede querellar, e quebrantar el testamento; razon y ha, en que lo non podria fazer. E esto seria, como si el testador establesiesse por su heredero algun su sieruo (1) (a), ca ese atal, maguer quiera, o non, puedelo apremiar segund derecho, que sea heredero. E porende lo llaman en latin, heredero necessario (2) (b); e maguer este atal sea ome vil, e non de buena fama (3) (c), por todo esso non puede el hermano querellarse, nin quebrantar el testamento, en que fue establecido por heredero.

(a) Véase en cuanto à la esclavitud nuestra nota 1.ª à la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

(b) (c) Entre los romanos era una especie de afrenta que se vendiesen los bienes del difunto à su nombre para pagar las deudas, lo cual se remediaba con la precision en que se puso à los esclavos de admitir la herencia que el señor les dejase, aunque hubiese mas deudas que caudal, pues de este modo se vendian los bienes à nombre del heredero, que por la institucion quedaba libre, sin que perdiere en ello cosa alguna, en atencion à que los esclavos nada poseian, y así lo mas que podia suceder era que todos los bienes del testador se distribuyeran entre los acreedores. Por esta razon el esclavo era heredero necesario. Entre nosotros, ni existe semejante afrenta, ni hay herederos necesarios en el sentido de esta ley, segun lo que dejamos expuesto en la nota 3.ª à la L. 21, tit. 3 de esta Partida; y así si fuese instituido heredero un esclavo, si ha quedado alguno (véase nuestra nota 1.ª à la L. 6, tit. 4 de esta Partida), y fuese persona torpe, infamada ó de mala vida, procedería la *querella de testamento inofficioso*.

